Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26978
Copyright: Admont, Benediktinerstift

illo. Et ipse docebat in synagogis eorum. et magnificabat ab omnibus.
Et uenit in nazareth ubi erat nutritus. et introiuit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam. et surrexit legere. Et tradit ei illi
lib esaye ppte. Et ut reuoluit librum. inuenit locum ubi scriptum erat.
Spiritus dni super me. ppter quod unxit me. euangelizare pauperibus misit me.
sanare contritos corde. prdicare captiuis remissionem. et cecis uisum.
dimittere confractos in remissionem. prdicare annum dni accep
tum. et diem retributionis. Et cum plicuisset librum. reddidit mi
nistro et sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes
in eum. Cepit autem dicere ad illos. Quia hodie impleta est hec scptu
ra in auribus uris. Et omnes testimonium illi dabant. et mirabantur
in uerbis gratie que procedebant de ore ipsius. FRA VI. Ad Tymothe
Fidelis sermo. et omni acceptione dignus. um. Kal.
In hoc enim laboramus et maledicimur. quia speramus in dm uiuum. qui est
saluator omnium hominum. maxime fidelium. Precipe hec et
doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat. sed exemplum esto fide
lium. in uerbo. in conuersatione. in caritate. in fide. in castitate.
Dum uenio attende lectioni. exhortationi doctrine. Noli negligere
gratiam quam in te. quod data est tibi per ppheciam. cum impositione manuum
pbrii. Hec meditare in his esto. ut profectus tuus manifestus sit
omnibus. Attende tibi. et doctrine insta in illis. Hoc enim faciens. et
te ipsum saluum facies. et eos qui te audiunt. s. Marcum Illo tempore.
Egressus ihs abiit in patriam suam. et sequuntur eum discipuli sui.
Et facto sabbato. cepit in synagoga docere. Et multi audien
tes. admirabantur in doctrina eius dicentes. Unde huic hec omnia. Et que
sapientia quam data est illi. et uirtutes tales que per manus eius efficiuntur.